Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25999
Copyright: Admont, Benediktinerstift



suis portet nos sup alas suę diuinitatis. Igitur & ille q̃ dicit. animal primum simile leoni. uerum dicit. qua sic res pnuntiata fuerat. & iste qui primam posuit faciem hominis recte nichilominus fecit. qua res adimplenda erat. Et si rite ꝓpendas. pulchra ē contentio quasi duoꝝ hominum honore in uicem pueniendum. dum & ille de nouo testamento sacrum seruat ordinem scripturę ueteris. & hic de ueteri testamento sacro semper obseruat. effectum ordinemq; euangelice nouitatis. Sed & illud querit. qm̃ hic dicat. quatuor facies unum. & unum. penne unum. ille autem. & quatuor animalia singula eorum habebant alas senas. Ad qd breuiter dicendum. qua singulę facies singulas & eodem sensu senas habent alas. qua uidelicet unsingulis sacramentis. xpi filii dei una eademq; excellentia. unum uolatum. unum spem. una diuinitas est. unum

VII

Verbum ꝓquod inseri diebus omnia facta sunt. VII

Videtur ut supius querendum ꝓposuimus inuenisse nos arbitram. quia & animal unum. & unum. animalia sunt. idem unum xpe. & quatuor principalia xpi sacramenta sunt. quoꝝ facies nulli licet ignorare xpianoꝝ. licet comprehendere nn possit uolatum. Unde uere laudabilis & uenerione digna sce ecclę studiositas atq; diligentia. quę plures hoc numero habere nolunt euangelistas. Siquidem & preter istos multi euangelia scripserunt. sicut & lucas testatur dicens. Quoniam multi conati sunt ordinare narrationem quę in nobis completę sunt rerum. sicut tradiderunt nobis qui ab initio ipsi uiderunt & ministri fuerunt sermonis. uisum est & mihi assecuto a principio omnia diligenter exordine tibi scribere optime theophile. ut cognoscas eoꝝ uerboꝝ de quibus eruditus es ueritatem. Bene g̃ ne tamen maiestatis materia turbaretur suo idem humano sensu scribentium uilem redderet. atq; multitudine dictoꝝ suae rerum minuerent atq; aures humanum generis usq; ad fastidium implendo onerarent. tinunum posuit magistra discretio sedentis in ecclia spis sci. sufficere iudicans quadrigam euangelistarum. cum suo primundum uerbo euangelii xpi dei & hominis. sacerdotis & regis. Istos enim non hominis ordinatio sed dei uocatio preparauit. & quasi in speculis greę quatuor facies huiusmodi ueritatis in eis expressit. Denique in matheo facies hominis. in marco facies leonis. in luca facies uituli. in iohe facies agnoscentur aquilę uolantis. Hoc penecunctis notum est. licet de matheo & marco diuersa dixerint magni doctores. alius in matheo facies hominis. & in marco facies leonis. atq; alius econtra in matheo facies leonis. atq; in marco facies suscipientis hominis. Hec omnia soli euangelistę. sed & omnes fidelium singuli pro modulo suo facies istas imitari possunt. sectando cum fide prudentiam temperantiam. fortitudinem iustitiam.